



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

Ientacv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

**Cajetan, Thomas**

**Colonie, 1526**

**VD16 V 1243**

Ie[n]taculi duodecimi questio tertia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34421**

Iētaculi duodecimi questio tertia cxv.

Vſgadeo excreuit, vt ad reiurgētis domini amplexum amoris ardor magnitudoqz letitie incitauerit, quū prohibita est a domino, dicēte noli me tāgere. Quod enim tunc in amplexum ruere volebat, in sinu at primo ipſa dñi prohibitio, qui tamen nō prohibuit eam osculari ſibi pedes: quoniam scriptum est, accesserunt et tenuerunt pedes eius. Attestari etiā dicit̄ incorrupta adhuc caro in ſola fronte capitis eius perſenerās: vt pote quā dominus in manu immortali tet̄git, prohibens eam, noli me tangere, hoc est enim ſignum quod vultum ſuum Magdalena nō ad terrā versus pedes dirigebat, ſed neſciens quid faceret ad amplexum.

¶ Et hec dicta ſint, vt percipiatur quod vnamet perſona fuit que primo pro remiſſione peccatorum laebrymis rigauit pedes eius, poſtea animequior ſateta ad caput vngendum ascendit, et poſt resurrectiōne ardens magiftri amore in amplexus ruere voluit: hmoi enī fiducie pgressus idētitatē perſone inobſtrat. Et quū conſtet q Maria magdalene fuit que fecit hunc ultimū actū, et q ſoror Lazari fuit que fecit penultiū, et q peccatrix mulier q fecit primū, cōſequens ex hoc et tot alijs antedictis eſt, vt ex euā gelicis dictis credamus vnam et eandē eſſe Maria magdalene ſororē Lazari que erat in ciuitate peccatrix: vt ecclesiasticum etiam officium teſtatur. Hec de ſecundo.

**A** D tertium dicitur, quod ratio talis quasi imperfecti modi curādi fuit duplex, vna ex parte ceci, quia ſcilicet indispositus erat ad recipiendum ſubitam sanitatem perfectam: vt patet ex eo quod ipſe non rogarbat pro ſeipſo, ſed alij ro-

P iii.

### Lentaculi duodecimi questio tertia

**H**ec tamen causa non est sufficiens: quoniam legitur dominum subito curasse paraliticum submissum per tegulas, ad fidem aliorum ipso paralytico tacente.

**V**nde altera causa ex parte domini simul cum predicta concurrit: scilicet ut doceret nos miraculosa dei opera non solum esse que subito perfecte fiunt, sed etiam procedendo de imperfecto ad perfectum et quidem cecus ille ita erat dispositus ut non esset capax perfecte sanitatis uno ictu, sed paulatim sic ut dispositio erat fidei et devotionis, ita etiam paulatim sanitatis donum concessum est. Quod in paralytico non est obseruatum, quia ratio alia urgebat: scilicet ut sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra hominibus dimittendi peccata.

**I**nstruimur ergo ex hac per partes illuminatio ceci, recognoscere etiam diuinam gratiam quam post votum emissum ob sanitatem sequenda paulatim sanum. Et similiter quum sanitatem anime paulatim a deo consequimur: procedens de imperfecto ad minus imperfectum, et inde ad aliquam perfectionem, et inde ad aliam et ceterum. Huiusmodi enim sanandi modum ex speciali gratia procedere ex hoc domini facto instruimur: et non solum ea que statim perfecta sunt opera diuino esse tribuenda miraculo.

**H**ec de tertio.

**A**quartum dicitur, quod paulus apostolus ad illius temporis episcopos respergit, quando episcopatus non erat honoris sed onoris, non habebat annexum beneficium bonorum temporalium: sed erat tantum superintendens spiritualibus, et temporalibus per diaconos administrator.